

Bartholomäus Schütze Johannes Ploy

Ex Theologia Naturali, De Concursu Dei Cum Creaturis

Rostochii: Kilius, 1669


<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn740048007>


Druck Freier  Zugang



RU theol. 17.Mart. 1669

Schütze, Barth.





40
Ex
THEOLOGIA NATURALI,
De
CONCURSU
DEI 37
CUM CREATURIS

In
OPERANDO,
Concurrente Gratiâ Divinâ,
Inflorentissimâ ad Varnum Academiâ,
Disputabunt Publicè

PRÆSES

M. BARTHOLOMÆUS Schütze/
Gryphibergâ Pom.

RESPONDENS

JOHANNES PLOY,
Wourdá Batavus.

In Audit. Majori d. 17 Mart. Anno M. DC. LXIX.

ROSTOCHII,

Typis JOHANNIS KILII, Univ. Typogr.

1669

LIBRARY OF THE
UNIVERSITY OF
ROSTOCK
DEPARTMENT OF
PHYSICS

Universitäts-
Bibliothek
Rostock



Dostquam opus manuum suarum, totum
 hoc caeli terraque universum, & quicquid
 utrumque continet ambitu suo, absolde-
 rat feliciter Cosmoplastes ille TerGloria-
 sus, id primo quoque tempore, negotii
 quasi sibi dari intellexit, ut res creatas
 suas ex aquo singulas conservaret impo-
 sterum, & provida sua cura sustentaret
 essentiam & actiones omnium. Non
 enim hoc consilio condidit, quicquid con-
 didit Numen Supremum, ut relaberetur mox in immane illud, ex quo
 emerferat pridie, & triste prorsus nihilum omne, sed ut perstaret,
 virtute productionis primeve, omnis creatura diutius. Neque inte-
 rim tamen, ut esset tantum, & praeterea nihil ageret quaeque, ordina-
 vit, sed ut esse sc, & esse hoc à Deo habere, operando ostenderet usque.
 Quam equidem in rem concessit virium satis creatura Deus Optimus
 Maximus, ita tamen, ut Concursum suum se non subtrahere velle, sed to-
 tum opus moderari, condixerit haud obscurè. De quo Concursu DEI
 ad actiones creaturarum quaedam in medium jam dabimus; Con-
 currat ad institutum nostrum Auxilium planè divinum!

THEOREMA I.

Datur concursus Dei cum creaturarum a-
 ctionibus, ex lumine naturæ cognosci-
 bilis.

§. I.

Nullam creaturam ab aeterno existisse, sed omne quic-
 quid est, praeter Ens infinitum, principium durationis
 suæ finitæ cepisse aliquando, non solum de fide certum
 est, sed & ex lumine Naturæ innotescit suo quodam modo, pro

ut alibi evictum à nobis est. Sicut autem initium existentiae creaturarum rerum omnium deducitur non intempestive ex lumine naturae, ita actionum quoque, quas perficiunt, pro sua quaelibet indole, aestimatur exinde origo merito. Agere creaturas, tota quidem die, ex luce naturae videmus; agunt ecce! supra, media, infima Entia, & nihil ferè otio litat aut iners est in amplissimo hoc mundi theatro; sed causam actionum, quas creaturae edunt admirandam adeo varietate, inquirere alius & modum pensitare simul omnium, quotus verò quisque contendit? Decet creaturas, imprimis ratione praeditas, cum gratis agnoscere quotidianum isthunc imò momentaneum Providentiae Divinae Concursum, atque ex lumine naturae venari eundem naturè. Et num ex hoc, praeciso lumine gratiae sive supernaturalis Revelationis, cognoscibilis sit concursus Dei cum creaturarum actionibus, disquiritur impraesentiarum. Non autem quaeritur, utrumne argumenta illa, quae petuntur ex Scriptura S. ad probandum Concursum Dei cum creaturarum actionibus, sint longè firmiora & certiora, quam haec, quae ex lumine naturae pro eodem arcessuntur? Sed illud tantum quaeritur, utrum ne per haec, quae luminis naturalis sunt, cognosci possit naturaliter Concursum Divinum cum creaturarum actionibus. Neque intenditur hic cognitio perfecta & omnibus numeris absoluta hujus Concursum Divini: quis enim in hac imbecillitate talem praesumeret? sufficit aliqualis, non tamen prorsus falsa & nulla, ex lumine Natura speranda. Neque de Concursum Dei speciali ad has vel illas extraordinarias actiones Sanctorum virorum nobis sermo est, utrum pateat & hujus ratio ex lumine Naturae? sed de Concursum Supremo Numinis generali & ordinario, quo in creaturarum suarum actiones simul influit, & num hic, cognoscendo, ex lumine Naturae queat attingi? Et hoc Thesi proposita affirmamus.

S. 2. Enim verò, si *intrinsicam Creaturarum à Deo dependentiam*

dentiam putamus aliquantò penitiùs, invenimus assertionis nostræ fundamentum facilè palmarium. Creaturæ omne id, quod sunt, sunt à Deo, & hinc dicuntur dependere ab eo, qui solus & unus à nullo dependet alio. Atq; hoc quidem ex lumine Naturæ satis constat. Cæterùm sicut in essendo, ita quoque in operando creaturas dependere ab Ente Increato ac Independente, ostenditur ex luminis Naturalis hoc Axiomate: *Modus operandi sequitur modum essendi.* Nam modus operandi nequit excedere virtutem suæ causæ, ex se quidem & suâ nativâ virtute, sed intra terminos potentia suæ consistit libens meritoq; & quicquid agit, acceptum fert DEO, à quo dependet omnino. Hinc argumentum: *A quocunq; quid dependet in essendo, ab eodem etiam dependet in operando. Atqui creatura dependent à DEO in essendo; Ergo etiam in operando.* Porro: *Quodcunq; dependet à DEO in operando, ad illius operationes omnes concurrat quoq; Deus. Atqui Creatura dependent à Deo in operando. Ergo ad illarum operationes concurrat quoq; Deus.* Si verò ad operationes Creaturarum non concurreret ita Deus, ne amplius quidem in Entium Dependens classis collocandæ forent illæ, imò perirent membra immediatè sibi indicem contradistincta affectionis, per quam Ens aliud est independentes, aliud dependens. *Vid. D. Calovius Met. Div. p. g. p. m. 457.*

S. 3. Præterea & aliud argumentum, quod proximo tamen valde affine est, heic succurrit, derivatum ex *subordinatione inferiorum agentium*, in quibus, nisi processus in infinitum, admittendus sit, admittendus prius est Concurfus Divinus ad Creaturarum actiones. Ille sistere potest processum in infinitum, à quo abhorret & ipsa Natura, ille monstrat modum discernendi causas inferiores subordinatas à superiori agente, ille principium suppeditat omnium actionum & terminum. Hinc Argument: *Ubi cunq; non datur progressus in infinitum, ibi necessario deveniendum est ad aliquod primum. Atqui in subordinatione*

Inferiorum agentium non datur progressus in infinitum. & deveniendum est ad aliquod agens primum. Hoc autem est vel Creatum, vel Increatum. Non illud: licet enim in suo genere quandoque Creatum Ens possit primò agere, sicut Causa Principalis in numero Creaturarum & Efficientium est primum agens, tamen absolutè loquendo, creatum agens non est primum agens, quia possum adhuc instare, quærendo de eo, utrumne eo aliquid sit prius, & utrumne hoc aliud, & sic porro, donec tandem perveniam ad illud, de quo haud amplius quærere licet, utrum eo sit aliquid etiam prius, & hoc est Ens Increatum simpliciter, quod, sicut primum audit in essendo, ita habetur præ aliis primum in operando. Si autem primò operatur in subordinatione inferiorum agentium, utiq; concurrere intelligitur ad actiones illorum, quod erat probandum.

§. 4. Ultimò sicut res creatæ à Deo postulant influxum ad sui conservationem, ita quoque haud minori necessitate requirunt eundem ad suas operationes. Res creatas autem influxum Dei perpetuum postulare ad conservationem sui, ex lumine Naturæ haud agere apparet: Quomodo quippe ad momentum perduraret Creatura ulla, denegato illo influxu, qui requiritur ad continuandam existentiam rei creatæ. Neq; Deus solùm conservat creaturas, permittendo, ut sint, sed maxime positivè influendo, & continuando illud esse, quod semel dedit. Si ita verò requiritur influxus Dei ad conservationem creaturarum, quid ni & requireretur ad operationes earundem idem, cum conservatio sit causa operationum omnium, quæ sequuntur in creaturis. Operationum autem harum quæ nam prima causa foret, nisi concursus ille Divinus? quem nos statuimus. Licet autem conservatio creaturarum & cooperatio Divina cum illis formaliter non sint unum idemq; , tamen, ceu ex immediatè connexis, alterum ex altero haud malè inferitur, cum conservatio eum in finem prorogetur continuò, ut
Con.

Concursus Divinus non solum ad esse rerum conferat, sed etiam ad operari earum, cum non minoris virtutis sit ac necessitatis, concurrere ad ipsum operari formaliter spectatum, quam ad ipsum esse, sine quo etiam nulla operatio esse potest.

THEOREMA II.

Concursus Dei cum creaturis in agendo est actio ejus externa, qua immediatè & terminativè ad omnes Creaturarum actiones, quatenus tales, confluit.

§. 1. Hæc est descriptio illa Concursus Divini cum creaturarum actionibus, brevis quidem, sufficiens tamen, ut speramus. Constat *Conceptu Communi & Proprio*, ut aliæ descriptiones transcendendum; definitio autem strictè sic dicta & Logica, ad quam requiritur Genus & Differentia Specifica, hic frustra expectatur. *Conceptus communis* est actio Dei externa. Hunc Conceptum habet communem Concursus ille Divinus, de quo jam disputamus, cum aliis actionibus Dei externis, uti sunt Creatio, Conservatio, Gubernatio & aliæ. Non enim Concursus Divinus cum Creaturarum actionibus formaliter est ipsa Essentia Divina. Equidem materialiter faciliè coincidit cum eadem, cum nihil sit in Deo, quod non sit ipse Deus; formaliter tamen Concursus ille & Essentia Divina differunt, quippe Essentia Divina ut est radix omnium actionum Divinarum, ita etiam hujus Concursus Divini cum Creaturarum actionibus, ut hic sit quasi quoddam consequens illius, in signo rationis, & concipitur præcisè secundo, post conceptum primum Essentiæ Divinæ. Atque Essentia Divina non solum rectè concipitur primo, sed etiam verè fuit ab æterno, nondum tunc existente actuali Concursu Dei cum Creaturarum actionibus. Nam si creaturæ ne fuere quidem ab æterno, quomodo concurrisset
cum

cum earum actionibus Deus dicendus erit? Potentia quidem, ut creandi in Deo semper fuit, ita etiam concurrenti cum creaturis suis, quæ tamen formaliter non est ipse Concursus, quem hic describere intendimus. Nam Concursus Dei, prout hic consideratur, *formaliter terminatur ad extra, & est, anno- tante Suarez, Diss. Met. 22. S. 2. n. 16. per se & essentialiter aliquid ad modum actionis, vel (saltem per modum alicujus fieri immediate manantis à DEO.*

S. 2. Cum autem Essentiam Divinam consequantur tum attributa varia, tum actiones haud unius generis, statuimus, Concursum Divinum cum creaturarum actionibus non esse attributum quoddam Dei formaliter, sed potius è numero Actionum Divinarum. Attributa enim, quæ talia, minimè sunt liberæ dispensationis in Deo, sed cum eo sunt ab æternitate omni, neque incipiunt demum aliquando, pro liberâ voluntate Numinis Supremi. Concursus autem Dei cum creaturarum Actionibus initium cepit cum creaturarum initio, & quidem, ex beneplacito ita Divino. Post enim quàm creavit eas, simul cum suis creaturis præsens esse dignatus Deus est, & cum earum actionibus concurrere. Neque sic tamen Concursus hic nudâ præsentia Dei ad Creaturas formaliter constituitur. Nam licet præsentia Dei, quæ jam post mundum conditum creatis rebus omnibus adest, attributum Divinum sit relativum, & totum omninò operativum, tamen possum adhuc concipere præcisè illam præsentia, ut dicit relationem Dei coexistentis omnibus locis ac rebus creatis, non concepto simul Concursu Dei cum creaturarum actionibus, exinde quasi resultante. Certum itaq; jam esto, Concursum illum esse actionem quandam Dei, & quidem externam. Nam non est actio quædam DEI interna & immanens, quia non terminatur in Principio agente, sed effectivè ad extra prodit. Actiones autem Divinæ internæ, quales sunt intelligere, velle, manent in Essentia Divinæ sinu,

finu, nec de se procedunt foràs, quemadmodum tamen Con-
cursus hic Divinus oppidò conspicitur in creaturis. Hinc et-
iam vocatur actio externa & transiens, non quasi fundamenta-
liter transeat extra Principium suum agens, & imprimatur ita
creaturis, ut amplius non Deo sed ipsis sit propria; quippe hoc
omninò repugnat, cum perpetua maneat distinctio, etiam in
statu Concursus, inter Concursum Dei, quatenus Dei est, &
creaturam, Concursum Dei admittentem: Ergo propterea
vocatur actio externa Concursus ille, & constituitur formaliter
per hoc, dum dicitur initium ducere ab Agente externo &
recipi in passo, & per hanc rationem distinguitur maximè ab
actionibus illis, quæ dici immanentes & internæ sueverunt.

§. 3. Non sufficienter etiam explicatur Concursus Divi-
nus cum creaturarum actionibus per nudam volitionem DE I.
Præsupponitur quidem voluntas Dei, sicut ad omnem actio-
nem, ita ad Concursum hunc omninò, sed tamen formaliter
non est ipsa nuda volitio, aliàs, sicut volitio hæc Dei fuit ab æ-
terno, posito scilicet, Deum voluisse ab æterno, ut cum tem-
pore res omnes crearet & cum iis in oeprando concurreret, ab
æterno quoq; fuisset Concursus ille Divinus, quod tamen ve-
rè dici nequit. Quin potius, sicut creatio non consistit in me-
rà volitione, ita nec Concursus Divinus absolvitur merà vo-
litione, cum aliud certè sit, velle creare, & actu ipso creare, vel-
le concurrere cum creaturis in operando, & actu ipso concur-
rere, ut adeò non tam pro volitione, quàm pro executione vo-
litionis haberi mereatur Concursus ille Dei cum creaturarum
actionibus. Atque hætenus quidem *Conceptus communis* fuit.
Sequitur jam *Proprius*.

§. 4. Suppeditant hunc ultima descriptonis verba in Theor: Per
Concursum hunc Deus dicitur immediatè ad omnes creatu-
rarum actiones confluere. Si itaq; Deus ad illas confluit, influ-
xus ejus certè non spectatur hic, prout est solitarius, sed arctissi-

B

mè

mè conjunctus cum creaturarum influxu, ut exinde Concur-
sus ille, in cujus formale jam inquirimus, rationem appellatio-
nis suæ prorsus sortiatur. Enim v. non est *præcursor*, ita, ut ante-
cedat tempore influxum creature ad hanc vel illam determina-
tam actionem: neque prædeterminat creaturarum actiones
impulsu quodam causaliter à priori necessitante. Sic equi-
dem nonnulli rem hanc explicant, ut dicant, *prædeterminationem*
quandam physicæ esse in hoc Concurſu, & extendere se ad omnes
omnino creaturarum actiones; ita statuunt ex Calvinianis *Heere-*
boord Volum: 1. Melet: Philos: disp: 8. Voet: in Theol: Nat: Ref: pag.
511. Alii tamen ad *supernaturales actiones prædeterminationem*
hanc tantum restrictam volunt, inter quos est *Burgersdicius lib. 2.*
Met: cap. 11. Aliis tandem ad *naturales actiones creaturarum, liber as*
non item, eundem præcursum accommodantibus, cum quibus facit
Jachaus lib. 3. Met. c. 10. Verùm falsissima hypothesis est, Concur-
sum Divinum cum creaturarum actionibus fundari in præde-
terminatione quadam Physicâ, quippe quæ inducit fatalem os-
tinium actionum necessitatem, explosam tamen jam pridem,
ex Christianorum Scholis. Nec enim verò *determinat* Deus
causaliter ordinarias actiones hominum ac aliarum rerum,
cum equidem non sit causa earum proxima, sed universalis
tantum & remota, quæ agit Concurſu generali cum Inferiori-
bus agentibus, his tamen ipsis effectum suum specificantibus;
& dum hanc specificationem effectus, immediatè provenien-
tem ab inferioribus agentibus, prævidet Deus, uti non potest
aliter per lumen omniscientiæ suæ nisi ab æterno prævidisse,
decernit se illam, ex libertate quadam sua, mutare non velle,
sed largiri ad omnes actiones, quæcunq; etiam sunt, Concursum
suum generalem, de quo nobis sermo tantum est. De Con-
curſu Dei speciali ad supernaturales actiones agitur melius suo
loco. vid. *D. Hulfemann. in Brev. Extens. c. 4. sb. 10.*

§. 5. Per Concursum autem generalem cum creaturarum
actioni-

actionibus simultaneè influit Deus ad unum eundemq; terminum. Hoc est, quod dicebamus in thesi, concurrere Deum ad actiones creaturarum, quâ tales. Hinc Concursus ille nihil aliud est, quam positivus influxus, quem confert immediatè ad actionē causæ secundæ. Neq; hic concursus Dei est nova influentia à causæ secundæ influentiâ distincta, sed est actio Dei immediatè ab ejus Essentiâ promanans, quæ cum actione Causæ Secundæ & inferioris concurrat ad eundem terminum. Hinc non agnoscit alium operationis suæ terminum Concursus ille Divinus, pro ut quidem hic spectatur, & alium influxus creaturarum, sed ad eundem terminum contendunt simultaneo actu. Distinguendus tamen curatè est *actus ipse, quoad Substantiam*, ut vocant, spectatus, à defectu, qui adhæret sæpè numero illi, & formaliter non causæ primæ concurrenti, sed causæ secundæ, eâ parte, quâ deficit, originem debet. Nam si causa prima cum secundâ eo modo hic concurrat, quo hæc ab illâ dependet, & verò hæc dependeat ab eâ, non accidentaliter & quoad defectum, sed essentialiter & quoad actum ipsum, sequitur, quòd quo ad actum tantum subordinetur causæ superiori inferiori agens, & non quoad defectum, quâ talem, cum respectu hujus nullasit essentialis connexio inter Deum & creaturas. Hinc etiam defectus alicujus, imprimis peccaminosi, Deus non est Causa vel Concausa ullo modo sive per se, sive per accidens, id quod ex lumine Naturæ Saniores quidam Gentiles etiam agnoverunt, præcipuè Plato *Dialog: 2. de leg:* qui ait: *Omni contentione pugnandū est, ne quis in Civitate, quæ bene regi debet, vel dicat vel audiat, Deum esse alicui Causam malorum, quia hoc neq; sanctè dici potest, neq; secum consentit in explicatione.* Quò magis mirum est, non defuisse tamen inter nomen Christi sonantes, qui hypothésin illâ, ac si Deus peccati Causa esset, interpolare & suam facere haud destiterint: contra quos videantur nostrates Theologi *B.D. Gerbard: L.I. tom: 2. de Provid. §. 107. D. Si harffius*

Pneum. l. 2. q. 4. D. Calov. in Exeg. A. C. artic. 19. th. 5. seq. item Tractat. opposito D. Dreier 2. q. 4. de Causa pecc. per Accid. & alio

§. 6. Ex omnibus, quæ hætenus dicta sunt, dispalescit jam, quomodo Concurſus Dei generalis ad creaturarum actiones se habeat. Neque omnia ſolus, neque nihil agit Deus, agentibus creaturis: neque creaturæ nihil agunt, aut ſolitariè agunt, quod agunt, ſed cum Deo agunt, quatenus agunt & quando. Quam rectè ergò *Auguſtinus lib. 7. de C. D. c. 30. inquit: Deus adminiſtrat omnia, ut etiam ipſa proprios exercere & motus agere ſinat.* Hoc notandum contra illos eſt, qui res creatas nihil omninò agere ſtatuunt, *Deo omnem actionem ſoli tranſcribentes,* ut ſenſiſſe perhibentur *Petrus de Aliaco l. 4. ſent. diſt. 1. q. 1. Gabriel l. 4. ſent. d. 2. q. 23. Marſilius Cognatus l. 5. de Cauſ. prim. Effic. c. 45.* Sed ſi creaturæ nihil agunt, cur potentia tot activæ ac tot organa ad operandum ipſis à Deo conceſſa ſunt? forte alium ob finem, quàm actualem operationem? quem ergò? Reclamat ipſa experientia & ſenſus, ſiquidem tum in nobiſmet ipſis, tum in aliis plerisq; actionum variarum proprietatem uſurpamus oculis cottidiè. Vid. *Suarez: diſp. 18. Met. S. 1 n. 2.* Alii verò admittentes quidem, creaturas agere, negabant *Dei concurſu ad actiones opus eſſe, quippe per ſe ſolas ad illas ſufficere.* Sic *Pelagiani* dicere non dubitabant, referente *Hieronimo l. 1. contra Pelag: ſe poſſe ſine auxilio Dei in vere manum, curare digitum, federe, ſtare, ambulare.* Actiones etiam alias ſine Concurſu Dei res creatas peragere poſſe docuerunt *Durandus l. 2. ſent. d. 1. q. 5. Taurellus de Æternit. rerum p. 2. q. 45.* qui quidem poſtremus eò impietatis progreſſus eſt, ut diceret, *magnam indignitatem eſſe, Deum naturæ ſociū eſſe ad abjectas etiã operas perpetuumq; laborem.* Verùm ſi non indignum fuit Deo Glorioſo, res omnes creaffe, etiam abjectas (quanquam in ſe nihil ſit abjectum, ſed comparative altem, ſi quid ita videtur eſſe) neque indignum erit Deo concurrere

currere cum operationibus creaturarum suarum. Neque labor hic ipsi molestus est, licet perpetuus: nam *in actionibus immaterialibus*, ex quarum censu est Concursus ille Divinus, *non est defatigatio vel delectatio*, pronunciantem subtiliter Scaligero Exer. 76. S. 4.

THEOREMA III.

Concurrit Deus ad creaturarum actiones immediatè, immediatione tum suppositi, tum virtutis.

§. 1. Quod insinuavimus th: præcedenti, Deum immediatè concurrere ad actiones creaturarum, illud adhuc quandam enodationem desiderat. Duplex est immediatio causæ in respectu ad actionem, alia virtutis, suppositi alia. Tum res agit *immediatione suppositi*, quando agens in patiens fertur immediatè quoad Substantiam, nullo interveniente alio supposito: Sic ignis agit in ferrum, totam massam Substantialiter & immediatè pervadendo & metallum ignitum reddendo. Aliquando tamen alia res ita agit, ut non quidem contactu Substantiæ patiens attingat, sed contactu interim virtutis effectum producat, & tum agere dicitur per *immediationem virtutis*: Sic Sol & cætera astra influunt suo modo in hæc inferiora, contactu non suppositi (hem verò! quantum cælum distat à terrâ) sed virtutis duntaxat. De utroq; queritur, utrum Deus concurrat ad actiones creaturarum & ratione suppositi & virtutis? utrumque affirmamus.

§. 2. Quod autem concurrat Deus ad actiones creaturarum immediatione suppositi, in proclivi est probare. Nam Deus, ut non solum immensus est ratione virtutis ac ubique cum suis creaturis, sed etiam ratione Essentiæ, ita quoque cooperatur creaturis, non solum secundum virtutem, sed & Essentiam ipsam. Creaturæ fortè alicubi possunt aliquid quandoq; ope-

rari virtute suâ, ubi essentiæ suæ Substantiâ cum absentibus adsunt, sed agendi ratio penes Deum longè secùs habet. Non differt virtus ejus ab Essentiâ realiter, quemadmodum in creaturis; hinc Concursus Divinus cū creaturarum actionibus procedens immediatè à virtute divinâ, procedit etiam immediatè ab Essentiâ Divinâ. Urget quidem in contrarium *Ferrariensis ad cap. 3. contra gentes c. 70. Thomæ: Causam secundam agere immediatione suppositi. E. non causam primam, quòd repugnet, duo operari immediatè immediatione suppositi.* At in eo oppidò frustrà est: quasi verò utrumq; nequeat admitti, si modò observetur, in diverso genere & ordine versari immediationem illam suppositi Causæ primæ & secundæ. Nam Deus agit primò cum creaturâ, immediatione suppositi, creatura etiam in suo genere, per & propter intimam dependentiam à creatore attingit actionem suam, immediatione suppositi. Neque creaturæ sunt tantum suppositum inter Deum & effectum, ut nihil agant ipsemet, neq; per illas, propriè loquendo, Deus agit, sed cum illis hîc operatur, ut etiam agant ita aliquid, licèt à DEO tantum non dependeant, ut aliàs citra Dei Concursum operari nihil queant.

§. 3. Non majoris porrò negotii res est, probare, quòd concurrat ad actiones creaturarum immediatione virtutis suæ Deus. Omnium operationum principium proximum in genere est virtus quædam, quæ fundatur in rei Essentiâ in tantum, in quantum est actuosa. Virtus tamen ista operandi haud uno eodemq; modo comparata est in Deo ac in creaturis. Nam sicut Essentiâ Dei propria eidem est longè eminentiori modo quàm aliis rebus, ita excellentiori ratione competit Deo virtus sua agendi, quippe quam habet à se & per se, citra omnem communicationis dependentiam. Atq; per hanc virtutem Deum immediatè agere, quando creaturis agentibus cooperatur, patet, quia effectivè non differt illa virtus à creaturarum agendi virtute,

tute, quatenus hæc à Deo creaturis communicata est. Neque
verò tantùm concurrat Deus ad operationes creaturarum, ut
creaturæ sint media illius, quæ omnia prorsus agant, Deo inter-
rim nihil agente aliud, quàm ut conservet illas in suo esse; sed
Concursu suo immediato præstat virtutem operandi creaturis,
quia creaturæ non solum conservantur à Deo in essendo & o-
perando, sed aguntur, maximè ab eodem in agendo, quatenus
agunt; secus autem si res foret, sequeretur, creaturas depen-
dere à Deo saltem in essendo, non item in operando, id quod
falsum tamen esse supra monuimus.

THEOREMA IV.

Concursus Dei ordinariè non immutat re-
rum naturas, sed cum liberè agentibus
liberè, cum necessariò agentibus neces-
sariò opus suum exequitur.

§. 1. Sicut Præscientia Dei non infert rebus præscitis ex æquo
omnibus absolutam & immutabilem necessitatem, ita nec Con-
cursus Dei generalis cum creaturarum actionibus inducit ea-
rundem omnimodam necessitatem. Quanquam equidem
in hoc differant Præscientia & Concursus Divinus cum creatu-
rarum actionibus, quòd *illa* formaliter prorsus nihil influat in
res extra se constitutas, *hic* verò simul influat aliquid in actio-
num, quæ à creaturis proficiscuntur, intrinsecam constitutio-
nem, faciliè tamen conveniunt in eo, quòd nec *illa*, nec *hic* spe-
cificet causaliter primò actionem ullius creaturæ. Decernit itaq;
Deus Concursum suum cum creaturarum actionibus, sed
tamen sub prævisione dispositionis ac determinationis cuiq;
creaturæ propriæ, & ordinariè non impeditæ, ut adeò Concur-
sus Dei, in signo rationis, sit aliquid concomitans actiones
creaturarum, non prærequisitum, à quo constitutivè & à prio-
ri dependant.

§. 2.


§. 2. Cum autem creaturæ duplici potissimum ratione, pro re natâ, actiones suas expediant, quædam agant necessario, quædam indifferenter ac libere, utriq; agentium generi accommodat se Concurſus Divinus, præſuppoſito, quod Deus ſemel pro ſemper, ut dici ſolet, ſtatuert, conſervare creaturas in illo modo & eſſendi & operandi, ad quem condidit eas ab initio. Quædam itaq; cum ex ordinatione Divinâ agant ita, ut poſitis omnibus ad agendum requiſitis, naturaliter non poſſint non agere, Concurſum etiam Dei talem includunt, qui cooperatur iis in eundem effectum neceſſarium neceſſario, ita tamen, ut neceſſitas hæc non tam à cauſâ primâ, quàm ſecundis proximè oriatur. Nam propterea agit Deus cum cauſis ſecundis, ut hæc ſpecificent ipſamet effectus ſuos, aliàs utiq; ſine iis ageret, & te quidem poſſe agere, oſtendit interdû, dum ipſe extraordinariè ſpecificat aliter effectû. Enimvero tam promptum eſt Autori naturæ naturam immutare, quàm omninò nullum negotium ipſi fuit, eam inſtituiſſe primitus. Ordinariè igitur concurrat cum creaturâ neceſſario agente ad unum eundemq; modum, nec tamen vel licentia vel facultas ipſi deest, naturæ curſum immutandi, ut quidem exemplis non ſemel comprobatum dedit: Sic ignis neceſſario & naturaliter utit, Sol movetur, qui effectus ſpecificantur à cauſis ſuis ſecundis & proximis ordinariè uno eodemq; eventu, ex vigore primæ in dolis; quod tamen aliquando ignis non uſſerit in fornace Babilonica, & Sol curſum ſuum ſtiterit tempore Joſuæ, id verò omne præter naturam ſuam ipſis accidit, ſpecificante per extraordinariam operationem aliter effectus harum rerum Concurſu Divino ſpeciali.


§. 3. Cæterum præter illas neceſſario agentes naturaliter, dantur & aliæ creaturæ agentes cum indifferentiâ ad utrumq; oppoſitorum, ita, ut poſitis omnibus ad agendum requiſitis, poſſint agere & non agere. Et hic modus agendi maxime conſpicitur in creaturis rationalibus, quatenus rationales ſunt. Nam hæc ipſæ, ſicut non ſunt taliter conditæ, quemadmodum res ratione deſtitutæ, ita neq; taliter operantur, in negotiis tamen tub ſphærâ rationis & voluntatis humanæ per ſe comprehenſis. Nec ille Concurſus Divinus tollit libertatem agentium, non magis, quàm quod unumquodq; agens, cum de præſenti agit, non poteſt non agere, & cum egit, non poteſt non egiſſe, ut quidem rectè dicit Scheiblerus Met. P. S. p. m. 340.

Tantum!

SOLI DEO GLORIA.







ente, quatenus hæc à Deo creatur
verò tantùm concurrat Deus ad o
creaturæ sint media illius, quæ om
rim nihil agente aliud, quàm ut co
Concursu suo immediato præstat
quia creaturæ non solum conserva
perando, sed aguntur, maximè ab e
agunt; secus autem si res foret, se
dere à Deo saltem in essendo, non i
falsum tamen esse supra monuim

THEOREM

Concursus Dei ordinari
rum naturas, sed cu
liberè, cum necessa
sariò opus suum ex

§. 1. Sicut Præscientia Dei non in
omnibus absolutam & immutabilem
cursus Dei generalis cum creatur
rundem omnimodam necessitat
in hoc differant Præscientia & Con
rarum actionibus, quòd *illa* formal
res extra se constitutas, *hic* verò si
num, quæ à creaturis proficiscun
nem, facillè tamen conveniunt in e
cificet causaliter primò actionem
taq; Deus Concursum suum cum
tamen sub prævisione disposition
creaturæ propriæ, & ordinariè non
sus Dei, in signo rationis, sit ali
creaturarum, non prærequisitum,
ri dependant.

cata est. Neque
creaturarum, ut
agant, Deo inte
in suo esse; sed
erandi creaturis,
in essendo & o
endo, quatenus
creaturas depen
rando, id quod

mmutat re
è agentibus
tibus neces

præscitis ex æque
tem, ita nec Con
nibus inducit ea
quam equidem
us cum creatu
nihil influat in
aliquid in actio
eam constitutio
illa, nec hic spe
ræ. Decernit i
n actionibus, sed
inationis cuiq;
it adeò Concur
mitans actiones
titutivè & à prio
§. 2.

